Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



139

Vnde hoc ipsum intellegens post horam iam unde-
cimam cum esset propter solis occasum & aduesperas
Iohannis euangelista loquitur, filioli mei
nouissima hora est, & simul considerare quod in
rusticitate patris familias quam in undecima hora
operarius omnes pariter accusant in se ipsis
non intellegunt, si enim iniquus est pater familias
non in uno iniquus est sed in omnibus; quia non sic
laborauit tertia hora operarius quomodo
ille qui prima hora est missus in uineam,
similiter & sexta hora operarius minus labo
rauit ater tertia hora operario & nona sexta
hora operario, Omnis itaque error & uocatio
gentilibus in uidet & in euangelio torquetur
gratia; Vnde & saluator concludens parabola
Erunt inquit primi nouissimi & nouissimi
primi; quod iudei de capite uertantur in
caudam & nos de cauda mutemur in caput;
Amice non facio tibi iniuriam, Lege in cuius dam
libro amicum istum qui increpatur a patre
familias. prime hore operarium proprium istum